



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. LIX. Testamenti Inter Liberos, ubi potissimum agitur de Admixtione
Matris in Dispositione Paterna inter Liberos, similque de Natura
Fideicommissi hac Dispositione constituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72287](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72287)

QUÆSTIO VIII.

An, posito, quod Sacra Congregatio, vel ipse Sanctissimus Communionem Privilegiorum Cassinensem, aut novam Gratiam faciat expresse cum Derogatione Juris Parochialis, sperari possit limitatio, aut revocatio Concessionis, in quantum derogat Juri Parochiali?

36. Respondeo. Si ad concedendam hanc novam gratiam procedatur via ordinaria, non esse periculum, ne hujus concessione inferatur præjudicium notabile, & grave Ecclesiæ Parochiali; semper enim hujusmodi Gratia concedi solent cum Clauſula, Salvâ Justitiâ Ecclesiæ Parochiali. Hinc, ubi addita est talis Clauſula, Gratia concessa non est extendenda ad id, quod prædicat Parochiali Ecclesiæ, sed hujus Jura manent integra, ita, ut nihilominus debeantur Parochio Reditus Stolæ eo modo, ac si ipsem et hoc peregrisset. Excipitur, nisi per novam illam Gratiam factâ fuissest divisio Parochia, & ipsa Ecclesiæ Monasterii per hanc erecta in Parochiale: quo tamen caluſ plerumque Ecclesiæ Parochiali antiquæ reservatur certa aliqua Pensio annua, ab Ecclesiæ Parochiali novâ solvenda.

37. Si tamen absque divisione, concederetur Monasterio Privilegium Baptizandi infantes

Familiarium, & horum Matrimonii affiſtendi, cum expressa derogatione Juris Parochialis (quod tamen secundum dicta Num. 33. & 34. sperari non potest, cum non constet, tale Privilegium unquam fuisse concessum à Sede Apostolica) attendendum erit, an Concessio argui possit de Ob-vel Subreptione ex taciturnitate veri, aut assertione falsi in Supplicatione, pro hac Gratia obtinenda oblatâ, interveniente. Si Vitium hoc Ob-vel Subreptionis adfit, eo probato, faciliter impetrari poterit hujus Concessionis revocatio, vel saltem limitatio eō usque, ut salva maneant Jura Parochialia Parochio; nam Rescripta Gratiae, si Ob-vel Subreptione impetrata sint, ipso Jure sunt irrita.

per textum c. ad audientiam. 31. de Reſcript. c. ſi motu. 23. de Prabend. in 6. & Clem. I. eodem.

Idem dicendum, si divisio Ecclesiæ Parochialis, & Ecclesiæ Monasterii in novam Parochialem erecțio cum simili vicio obtenta fit. Ita autem obtenta probabitur, si ostendatur, propositam fuisse causam falsam, aut veram quidem, sed non legitimam, si, dum de ea facienda agebatur, non auditus est Parochus &c. tali enim caſu suppliari Sedi Apôstolicæ poterit, ut examinetur Causa, pro divisione facienda in Libello proposita, & si insuffitens reperitur, revocetur divisio.

38.

CONSILII LIX.

In Causa Dispositionis Paternæ inter
Liberos cum onore Fideicommissi.

SUMMARIUM.

1. 2. Facti Species.
3. seqq. In Testamento Patris inter Liberos Privilegiato nulla persona extranea, ne quidem Mater institui potest absque ullis solennitatibus.
7. Est tamen tale Testamentum si absque solennitatibus fiat, solummodo invalidum quo ad Personam admixtam.
2. 9. In eo si admixtio cedit in favorem Librorum, valebit etiam quoad personam extraneam.
10. 11. Requisita ad valorem Testamenti Paterni inter Liberos.
12. Responſo ad Argumenta opposita.
13. Describitur Fideicommissum Familia.
14. Differentia inter Primogenitaram, & Majoratum.
15. 16. In praesenti caſu censetur constitutus Majoratus.
17. Majoratus uni tantum Persona defertur, exclusis aliis.
18. Majoratus aut Primogenitura per mortem Possessoris transit ad proxime vocatum absque alia traditione aut apprehensione.
19. Defectus Legitima aliis Liberis suppleri debet ex Fideicommissio.
20. Et hoc supplementum etiam petere possunt heredes ejus, qui plenam Legitimam non accipit.
21. seqq. Fideicommissarii licite possunt inter se transfigere de Fideicommisso: scilicet quando mens Testatoris est dubia.
25. Contra claram mentem Testatoris Filii non possunt inter se pacisci in præjudicium Successorum suorum.
27. seqq. Minoris notabiliter laſo competit beneficium Restitutionis in integrum.

634 CONSILII LIX. TESTAMENTI INTER LIBEROS.
FACTI SPECIES.

I.

SEmpronius, Domini O. Dynasta, tres post se reliquit Filios, quorum unus in Statu Seculari mansit, alter ad Ecclesiasticum transiit, factusque est Canonicus in duabus Ecclesiis Cathedralibus, tertius Ordinem S. Benedicti professus est. Advertens, ob gravem aetatem (nam Septuagesimum quartum annum tum egerat) sibi mortem vicinam esse, inter hos suos Filios Dispositionem ultimam de Bonis a se possedit, scripto quidem conceptam, & propria manu sua a capite ad calcem exaratum, nullis tamen adhibitis testibus, nec appresso Sigillo proprio, addita tamen expressa clausula, quod hanc suam Dispositionem, non obstante, quod Solennitates Juris in ista observatae non sint, velit haberi pro absolute validam, ex speciali hac adnotata ratione, quod Bona haec sua, de quibus ita inter Filios disposita, non per Hæreditatem a Parentibus suis acceperit, sed industria sua, exhibitis in bello servitiis, exantatis in isto periculis, benèque ordinata Oeconomia sibi acquisierit. Proinde illam idem Testator, acsi cum omnibus Juris solennitatibus fuisse facta, ab institutis suis Hæredibus, prohibita omni inter eos contentione, aut hujus Paternæ Voluntatis transgressione, in omnibus punctis sub Filialis obedientiæ debito, & conscientiæ obligatione, firmiter, & inconcussè observari voluit.

In hac Dispositione sua præter alia idem Sempronius statuit 1. Ut Domina Coniux, si ipsi Testatori supervivat, ad tempus vita sua sit universalis Hæres, & Administratrix omnium Bonorum a se Testatore relictorum, idque tum, quia in Pactis Dotalibus ita cum ipsa conventum est, tum vero, quod notabilem quantitatem Bonorum illa ipsi attulerit, in quorum proinde, uti & Sedis Viduitatis, Donationis propter Nuptias &c. Compensationem merito eidem Ususfructus Bonorum, a Testatore relictorum, quamdiu illa vixerit, adjudicari debeat. 2. Ut Filio suo secundo-genito, usque dum ex Canoniciis suis fructus percipere incipiat, 200. f. annui, post habitam vero eorum fructiferam possessionem, 100. duntaxat, annuatim, dum vixerit Mater, pendantur; post mortem vero utriusque Parentis, excluso Filio Religioso (quippe qui nullam amplius prætenionem formare potest) idem Ludovicus (quem ipse Pater, quamdiu ille in vivis extiterit, excludere nec possit, nec etiam ob certas rationes velit) cum Fratre suo Laico in æquales partes succedat, non tamen antea, quam tribus eorum Sororibus circa id, quod ex eadem Dispositione iisdem debetur, plene fuerit satisfactum. 3. Castrum vero O. cum appertinentiis, quod primum ex Bonis immobilibus fuerit, quæ

ad Familiam Testatoris pervenerunt, & quorum ratione eadem Familia in Matricula Nobilitatis Equestris Suevicæ locum invenerit, apud Seniorem Masculinæ Stirpis perpetuis futuris temporibus maneat, ita, ut extra diem Familiam non alienetur, sed Bona haec indivisa, & nullatenus mutilata apud eam conserventur, quamdiu aliquis Masculinæ Stirpis superstes fuerit. Hac vero extincta, Filiabus regressus ad ea Bona detur, quæ proinde ad easdem, harumque Liberos recidant, quamdiu aliquis, vel aliqui ex illis superfuerint, cum obligatione tamen ex proventibus istorum Bonorum aliquid expendendi ad Causas pias, vel erogandi in pauperes, & præcipue continuandi fundationem factam pro Domo Pauperum, & conservandi Sacellum S. Wolfgangi. Hac Specie Facti positæ,

QUÆRITUR I.

An Dispositio ista Sempronii,
inter Liberos a Patre facta,
substat?

C Ontra valorem hujus Dispositionis Partem pugnant sequentes Rationes. 3. Ratione Dubiæ ibi: So ist mein gänglicher Will / und Meynung / bringen es auch die aufgerichtete Ehe-Pacta, und Heyraths-Drieff mit / daß mein Frau / wann sie nach dem Willen Gottes mich überleben wird / NB. ein völliche Erbin / und Administratrix aller meiner Verlässenschaft seye / so lang sie lebet/ohne alle Wider- und Einred meiner Kinder ic. Hæres, & Administratrix omnium Bonorum pro tempore vita instituta est Mater: consequenter intrat doctrina certissima, sumpta

ex l. bac consultissima. 21. §. ex imperf. &c. 1. C. de Testamento. juxta quam personæ extraneæ in Testamento Parentum inter Liberos Privilegiato institui nequeunt. Neque obstat, quod Uxor Marito conjunctissima sit, utpote cum isto principium Affinitatis facit, & in individua vita, quam agunt, consuetudine, utriusque & faventis, & adversantis fortunæ socia est; nam

2. Hoc loco pro extraneis personis habendi sunt omnes illi, qui non sunt in numero Liberorum Testatoris.

per Leg. 21. & §. 1. cit. Clarus l. 3. sent. §. de Testam. q. 10. num. 1. Surd. conf. 258. n. 22. Joan. Harpp. ad §. 3. & 4. num. 228. Inst. de Testam. ordin. Carpzov. p. 3. Conf. 4. def. 19. num. 5. Pruckman vol. 1. conf. 34. n. 77. Mevius ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 32. Lauterbach ad Jus Provinc. Würtenb. p. 3. tit. 5. thes. 11. Andr. Schäffer. p. 3. q. 23. num. 7. Müller. ad Siruv. Exerc. 32. thes. 19. Lit. a. Pro-

3.

Ratione Dubiæ

4.

CONCILIO LIX. TESTAMENTI INTER LIBEROS. 63

Proceditque hoc, quod pro Extraneis habentur, non solum i. Quando præter proprios suos Liberos Pater instituit Novercam, aut Mater Vitricum,

Emman. à Costa. ad c. si Pater. ¶ in suo Testamento. num. II. de Testam. in 6.

Manz. Decis. Palat. 36. n. 16. Pruckman vol. I. cons. I. num. 398. & seqq. Mevius p. 2. cit. tit. I. art. 2. num. 33. Müller. ad Struv. Lit. a. cit.

sed etiam 2. Quando Pater cum Liberos instituit propriam horum Matrem, aut vicissim Mater Patrem, ob generalitatem textus

L. 21. §. I. cit.

Idem dicendum 3. Quando Vitricus, aut Noverca in Testamento, inter Liberos à se progenitos condito, instituit Privignum, aut Privignam; nam, qua in Jure specialiter singulari Parentum, & Liberorum favore inter ipsos introducta sunt, ad Vitricum, & Novercam regulariter non-pertinent.

Arg. l. si nondum. 3. & l. de his. II. C. def. furt. Lauterb. de singul. Affinit. Jur. p. 2. art. 3. scđt. 12. n. 1031. Müller. ad Struv. l. cit.

Item 4. Quando in Testamento Parentis inter Liberos testantis instituuntur hujus germani Fratres, & Sorores.

Harp. ad §. 3. & 4. num. 228. Inst. de Testam. ordin. Pruckman vol. I. cons. 12. n. 115. Müller. l. cit.

Indo doctrina hæc locum habet 5. Quando in tali Testamento institutus est Pater, vel Mater Testatoris,

ut contra Rittershus. ad Novell. p. 6. c. 2. n. 1. docet allegatus Harpp. l. cit. cum alijs.

Nec pro valore hujus Testamenti Argumentum duci potest ex communi doctrina, juxta quam,

testibus Menoch. cons. 267. num. 12. Gilken ad l. 21. §. I. n. 26. C. de Testam.

Belold. ad Jus Provinc. Würtenb. p. 3. tit. 5. thes. 41. Welenbec. cons. 21.

n. 45. Carpzov. p. 3. Conf. 4. def. 20. Ludwell. tract. de Ult. Volunt. p. 2.

pag. 344. & seq. Mevio ad Jus Lubec. p. 2. tit. I. art. 2. n. 32. & seq. Pruckman. vol. 2. cons. I. n. 200. Ferdinand.

Christoph. Harppr. de admixt. person. extran. in dispos. Parent. int. Liber. thes. 27. Müller. ad Struv. thes. 19. cit. Lit. e.

Extraneæ personæ titulo particulari à Patre in sua Dispositione inter Liberos honorari possunt; nam

3. In primis inter ea, quæ titulo universali Institutionis relinquuntur, & illa, quæ relinquuntur titulo Legati, aut Fideicommissi particularis magna est disparitas; quod enim Legata, & Fideicommissa particularia relinquunt Uxori, & alijs personis extraneis in Testamento Patris, inter Liberos disponentur, possint, exstat textus specialis Novell. 107. c. 1. ibi: Si tamen aut Uxori, aut ex-

R.P. Schmalzgrueber Consil. Tom. I.

traneis personis aliquibus voluerit relinquere Legata, aut Fideicommissa -- sint firma: contrà verò circa Institutionem personæ extraneæ, & ipsius etiam Uxorius textus

L. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. I. cit.

universalis est, ibi: Si verò in hujusmodi voluntate Liberi alia sit extranea mixta persona, certum est, eam voluntatem defuncti -- pro nulla haberi. 2. Non defunt, qui

apud Pruckman vol. 2. cons. I. n. 201. docent, quod ne quidem Legata in Testamento Parentum inter Liberos extraneis personis adscribi valeant: Et quamvis allegatus Harpprecht thes. 28. verius sentiat, Authores istos exaudiendos non aliter esse, nisi in casu, quo in tali Testamento forma, à Justiniano præscripta, observata non fuit: tamen 3. In hoc omnes convenient, quod Legata, & Fideicommissa, in Testamento Parentum inter Liberos relicta, non valeant, nisi faltem de duorum testium præsentia, cum dispositio hæc facta est, doceri possit,

ut post Bald. Jafon. Natta, Bursat.

Beroi. Castr. & Fulgos. docent Carpz.

p. 3. cons. 4. defin. 19. Ludwell. de ult. Volunt. pag. 334. Richter. decis.

29. n. 88. Stephani ad Novell. 107.

n. 8. Merlin. decis. 806. n. 3. Schurff.

cent. 2. cons. 28. n. 6. Lauterb. ad Jus

Würtenb. D. 3. thes. II. Struv. Exerc.

32. thes. 19. Müller. ibid. Lit. e. &

alii apud istum.

Alli quinque testes requirunt,

per L. fin. §. fin. C. de Codicill. Brunnens.

ad Auth. quod sine. C. de Testam. Stryck.

de Jur. testand. int. Liber. c. 4. num. 8.

Schepliz tit. 23. §. 4. n. 8.

Indo nonnulli,

uti Martinus Glossator, relatus ab Ac-

curl. ad Novell. 107. princ. V. delinquant.

Surd. cons. 258. fin. Fusar. cons. 41.

n. 18.

volunt requiri testes septem. Estque Sententia, quæ ad valorem Legati, aut Fideicommissi particularis, personæ extraneæ ad mixtæ relicti, plures, quam duos testes requiri, si quidem ad Juris veritatem nobis respiciendum sit, teste dicto Harpprecht thes. 36. verior propter Regulam.

cit. l. fin. C. de Codicill. & §. fin. Inst. de Fideicommiss. Haredr.

quoad talis Legata nec in Novell. 107. cit. nec alibi limitatam. Neque obest, quod Sententia, juxta quam non nisi duo testes necessarii sint, non modò,

teste Pantelchman. l. 2. q. 6. n. 2.

à DD. approbata, sed etiam in praxi recepta dicitur

à Mevio ad Jus Lubec. p. 2. tit. I. art.

2. num. 34.

Nam 4. Etiam isti AA. qui binarium testium numerum hoc casu volunt sufficere, insuper requirunt, ut testes illi duo sint rogati.

Illi

Hillige

Hilliger ad Donell.l.6.c.9.lit.c.
ut sint presentes, ac tuncque continuus
l. cum antiquitas. 28. princ. & si quidem.
C. de Testam. l. fin. §. fin. C. de Codicill.
Harppr. ad §. fin. n. 9. Inst. eod.

ut Testator coram his Testibus suam Volun-
tatem, in Scriptura contentam, seu id ipsum,
quod scripsit in favorem Extranei, exprimat.

Gloss. ad dictam Novell. 107. lit. m. Bar-
ry de Success. l. tit. 3. n. 7. Franc. Pfeil.
cent. I. conf. 88. n. 11. Müller. ad Struv.
§. 19. cit. lit. s.

& denique, ut iidem Testes subscriptant.
Müller. l. cit.

Deficiente Subscriptione, vel ejusmodi vol-
luntatis Declaratione, Testamentum non
valet, quamvis sit à Testatore subsignatum.

Müller. l. cit.

Unde Sententiam Boërii, qui
decis. 241. n. 3. post Alexandrum, &
Castrensem

docet, Legatum, Uxori in Testamento
Paterno relictum, non adhibetur alia Solen-
nitate, subsistere, erroneam esse fatentur
communiter cæteri Doctores, & probatur
hoc ex Generalitate Textus

L. 21. §. 1. cit.

ubi quoad extraneam Personam immixtam
Defuncti Voluntas est prorsus nulla. Et con-
firmatur ex clarissimo Textu

Novell. 107. c. 1.

ubi Uxor, & Extraneus conjunguntur, &
simil exprefse traditur, quod quoad Uxo-
rem, & Extraneum Testes adhibendi sint.

Schrötter. de Testam. int. Liber. c. 9.

Et hanc Sententiam post plurimos alios,
quos allegat, latè firmat

Pantschman. q. 6. cit. per totam, præser-
tim n. 38. & 39.

ubi dicit, ab eadem nec in consulendo, nec
in judicando recedi debere. Accedunt

Joan. Harppr. ad Inst. l. cit. n. 228. Stryck.
de Jur. testand. int. Liber. c. 4. n. 10. & seqq.

Mevius ad Jus Lubec. libr. 2. tit. 1. art. 2.
n. 33.

Similiter de Legato, Uxori reliquo, respon-
dit

Alex. vol. 7. conf. 114. n. 3.

& de Casu, quo Mater in dimidiā Bonorum
partem Usumfructū Marito assigna-
vit,

Hippolyt. Riminald. vol. 3. conf. 241.
n. 17.

Imò ita Doctores communiter sentire, &
aliquot Scabinorum præjudiciis hæc corro-
borat

Carpzov. p. 3. Conf. 4. def. 19. Consen-
tient Brunnen. cent. 2. decis. 59. n. 11. &
cent. 3. decis. 27. Bruckman. vol. 2. conf.
1. n. 198. Casp. Ant. Thesaur. qq. forens.
l. 4. q. 34. n. 7. Ferd. Christoph. Harppr.
de admixt. person. extran. thes. 15. Müller.
ad Struv. thes. 19. cit. lit. 1.

Sola ergo Parentis, inter Liberos testantis,
Scriptura ad hoc, ut etiam Legata, & Fi-

deicommissa, qualicunque Persona extra-
neæ relicta, sustineantur, non sufficit, sed
præterea Testium adhibitio necessaria est.

Novell. 107. c. 1. cit. Besold. ad Jus. Prov.
Württenb. D. 3. thes. 4. Gilken. ad l. 21.
g. 1. n. 26. C. de Testam. Hartm. Pistor.
l. 1. q. 2. n. 3. & seqq. Jacob. Thoming.
decis. 4. n. 10. Carpzov. l. 6. Resp. 33. n.
19. & seqq. Enenkel. privil. 15. c. 2. n. 6.
Pantschman. q. 6. cit. n. 39. & q. 9. per totam.
Mevius ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. n.
34. Rot. Rom. p. 1. noviss. decis. 734.
Müller. ad Struv. §. 19. cit. lit. 9. cum ali-
is apud istum, contra Gloss. & Bartol.
ad Auth. quod sine. & l. 21. §. 1. cit. Si-
chard. ad dictam Auth. n. 2. Gomez. ad
Leg. Taur. 3. m. § 8.

Ex quo patere videtur in Casu præsenti
ipsa Nullitas Testamenti; nam in hoc
Instituta est Mater à Patre *juxta Num. 3.*
2. Mater *juxta Num. 4.* in Testamento pri-
vilegiato Patris inter Liberos habenda est
pro persona extranea: consequenter, ut
qualicunque alia Persona extranea, ita nec
ipsa unā cum Liberis in hoc Testamento
Paterno Hæres institui, & sub honorabili
Institutionis Titulo admisceri non potuit,
nisi interventibus Juris Solennitatibus,
Imò 3. *juxta Num. præc.* etiam, quando Le-
gata, & Fideicommissa particularia in tali
Testamento relinquentur Matri, necesse est,
ut adint saltem duo Testes, qui Volunta-
tem Defuncti audiant, eique subscriptant.
In hoc Testamento, de quo agitur in pra-
senti Casu 4. Nulli sunt ad libiti Testes,
sed sola habetur Scriptura Testatoris, qua
juxta dictum Num. 5. ad valorem etiam Lega-
torum, & Fideicommissorum particularium
non sufficit. Multo minus ergo sufficiet ad
valorem Institutionis, prout in Casu Qua-
stionis facta est. Proinde 5. Liquida
videtur esse Nullitas hujus Testamenti:
quod proinde merito impugnari potest.
Verùm hæc Argumenta non probant intentum,
prout demonstrabunt lequentes Ra-
tiones.

Nam, si Argumenta hæc aliquid probant,
id probant duntaxat, quod Testamentum
istud non subsistat quoad Institutionem
Matris, quā à Testatore Marito declarata
est Hæres, & Administratrix Bonorum
omnium à Testatore relictorum pro tem-
pore vita; de quo hic non amplius que-
ritur; neque enim cum Matre, utpote
pridem defuncta, res agitur: sed de valore
Testamenti quoad reliqua. Certum est au-
tem, quod in Casu, quo in Testamento im-
perfecto Liberi Personæ extranea admixta
est, voluntas Defuncti duntaxat, quantum
ad illam permixtam personam attinet, pro
nulla haberi debeat; sic enim exprefse
L. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. I.
C. de Testam.
ibi: Certum est, eam voluntatem Defuncti,
NB.

CONCILIO LIX. TESTAMENTI INTER LIBEROS. 637

NB. quantum ad illam duntaxat permixtam personam, pro nullo haberi. Sic enim restrin-
gi valor ultima Voluntatis, privilegiatae de-
bet, ut neque iis, in quorum favorem remis-
sae sunt Solennitates, favor hic pereat, ne-
que iste ad alios, ad quos Legislator non
voluit, extendatur. Sicut ergo ex Ratione,
quod Solennitas in Testamento Parentum
inter Liberos iisdem Parentibus remissa est
in favorem, extranea Personae admixta op-
timè excludatur.

ex Regul. in omnibus. 68. ff. de R. I.

qui in omnibus Causis id observatur, ut, ubi
Personæ conditio locum facit beneficio, ibi, de-
ficiente eâ, beneficium quoque deficiat; ita Li-
beris, exclusâ Personâ extraneâ, favor hic
manere debet in salvo, cum utile per inutile
viri non debeat,

juxta Reg. utile. 37. in 6.

neque debeat alteri per alterum iniqua conditio
inferri, ex præscripto

Reg. non debet. 74. ff. de R. I.

Quare, cùm nemo Paganus pro parte testa-
tus, & pro parte intestatus possit dece-
dere,

*§. Hæreditas. 5. v. neque enim. Inst. de Ha-
red. inst. & Reg. Jus nostrum. 7. ff. per
sepius allegatam. L. bac consultissima. §. ex
imperfetto.*

optimè statuitur, ut portio, extraneo reli-
cta, Liberis accrescat, & talis Persona ex-
tranea pro non adjecta, seu apposita ha-
beatur.

*Ant. Gomez. ad Leg. Taur. 3. n. 58. Ferd.
Valq. de Success. progr. l. 2. §. 12. n. 117. &
l. 3. §. 23. fin. Schröter. de Testam. int.
Liber. c. 9. Müller. ad Struv. thes. 19. cit.
lit. 7.*

Dixi initio præc. Num. si Argumenta hac
aliquid probant; nam neque hoc probant;
quod in præsenti Testamento Paterno Di-
positio, in favorem Uxor, & respectivæ
Matri facta, invalida sit; nam Testator
ex pluribus justissimis causis hanc fecit, in-
tenditque præter alia per hoc favorem, &
bonum ipsorum Liberorum, prout patet
ex Tenore ipsius Testamenti, ibi: Zumah-
len sie ihnen (denen Kinderen) nichts
verhausen wird / sondern es nach ihrem
Todfall wohl finden werden / sie mit
auch ein zimliches zugebracht / so sie bey
meiner Verlassenschaft zu fordern / und
zu suchen hat / und weilen sich meine
Mittel dahin nicht erstrecken/ daß sie oh-
ne der Kinder Nachtheil / und Schaden
ihren gebührenden Wittib-Siz / Wider-
log / und Abnuzung / nach Anlaß des
Heyrath-Briefs / haben / benebens auch
die noch unversorgte Kinder erhalten
kan ic. Ubi autem admixtio Personæ ex-
tranea non cedit in damnum, sed potius fa-
vorem Liberorum, ibi Dispositio L. bac con-
sultissima. §. ex imperfecto. utpote quæ solum
favorem Liberorum specat, locum non ob-
tinet. Valere ergo debet, quod in præsen-

ti Casu Testator circa Uxorem, & respecti-
væ Matrem dispositus.

Confirmatur per Argumentum à pari cum
Substitutione; licet enim alias communis
Doctrina sit, quod in Testamento inter Li-
beros condito unus quidem Liberorum al-
teri, non tamen extraneus substitui possit,
ut post Clarum, & Grassum docent
Polydor. Ripa trast. de tempor. nocturn.
c. 141. n. 23. Dauth. ad l. 21. §. 1. n. 45.
C. de Testam. Schurff. cent. 2. conf. 28. n.
2. Boer. decis. 241. n. 1. Hunn. Ency-
clop. Jur. univers. p. 4. tit. 3. c. 2. n. 4. Her-
zog von Testamenten tit. 6. q. 4. Lud-
vvell. de ult. Volunt. pag. 344. Müller.
ad Struv. th. 19. cit. lit. 3.

Si tamen Substitution Personæ extraneæ non
tendat in damnum, seu præjudicium alicuius
ex Liberis, v. g. si tantum unus adesset
Filius, & extranea Persona ei substituatur,
hæc Substitution ab Interpretibus pro valida
habetur, eo quod illa talis Filii favorem, &
commodum respiciat, cuius utique inter-
est, ut habeat Hæredem,

*L. & quia. 6. princ. ff. de interrog. in Jur. fa-
ciend. l. Julianus. 42. ibi: Utilitatem pu-
pilli. ff. de acquir. vel emit. Hæred. Vinn.
ad §. 4. n. 5. Inst. de pupill. substat. Müller.
lit. 3. cit.*

Proinde, ut Testamentum præsentis Ca-
sū argui de Nullitate possit, ostendi debet,
quod aliud aliquod requisitum, & per Nov-
vell. 107. c. 1. pro valore Testamenti Paterni,
inter Liberos absque Solennitatibus conditi,
præscriptum desit. Talia autem juxta Nov-
vell. cit. c. 1. sunt quatuor, scilicet 1. Ut
Testamentum hoc Pater ipse scribat, vel ab
alio scriptum subscribat; nihil enim inter-
est, utrum Testamentum Paternum sit hol-
ographum, an vero subscriptum à Parenti-
bus, cum paria habeantur aliquid scribere,
vel subscribere, modo Liberi manum Patris
agnoscant.

Müller. ad Struv. Exerc. 32. cit. thes. 18.
lit. 9.

2. Ut Testator in hujusmodi Scriptura de-
clare tempus conditi Testamenti; tempus
enim,

prout cum Bald. in l. contracta. 7. n. 6.
de fid. instrum. notat Müller. thes. 18.
cit. lit. 2.

denotat Scripturæ perfectionem, & ejus ap-
positione magis deliberata mens, & volun-
tas colligi, indeque de Veritate melius con-
stare potest: hinc in tali Testamento ad-
dendus est annus, mensis, & ipse etiam di-
es; alias pro rite concocto non habe-
tur.

Gratian. discept. for. tom. 2. c. 235. Co-
ler. decis. 16. n. 7. Hartm. Pistor. 2. q.
30. n. 1. & 14.

ubi refert, à Scabinis Lipsiæ Testamentum
Patris, anno licet expresso, die vero non
adjecto, nullum pronuntiatum fuisse. Suf-
ficit autem, si tempus assignetur per æqui-

L 111 3 pollens,

9.

10.

638 CONSILIO LIX. TESTAMENTI INTER LIBEROS.

pollens, ex quo concludere licet, quo tempore Testamentum sit conditum, ut si Testator dicat, *eo die, quo sexagesimum annum intravi.*

Gratian. l. cit. n. 9. Richter. decif. 29.
n. 20.

3. Ut claris Verbis exprimat Liberorum Nomina, & uncias, ex quibus eos Hæredes esse cupit. 4. Ut si facere divisionem rerum suarum inter eos voluerit, res singulas inter eos distribuendas notet.

II. In præsenti autem Testamento hæc omnia observata sunt à Testatore. Nam 1. Ipsi semet manu propriâ totum Testamentum scripsit: imo eā usus est accuratione, ut singulis foliis Nomen suum subscriberet; ipsiusque manus à filiis fuit agnita. Præterea 2. Addidit diem, mensem, & annum ejus confecti. Neque obest, quod in folio primo indicaverit Voluntatem aliud fortasse condendi; nam addidit, in casu, quo perficere istud non posset, Testamentum hoc à Liberis habendum pro vera sua ultima Voluntate, atque ab his in tale observandum: ut adeò de Perfectione hujus suæ Voluntatis dubitari non possit. Ulterius 3. Singulis Liberis in hoc Testamento assignata eit sua portio, Filibus quidem ex recepto apud Nobilitatem Suevicam more consueta quantitas cum reservatione regressus ad renuntiatam Hæreditatem Paternam, si Masculina Stirps interierit, Filiis verò post mortem Matri adjudicatae partes æquales, excluso tertio Filio Religioso, quippe qui (ut in Testamento exprimitur) nullam amplius prætensionem formare poterat. Denique 4. Castrum O. cum appertinentiis relictum est sub vineo Fideicommissi ea lege, ut semper in Linea Masculina Testatoris permaneat, quamdiu hæc superuerit: quod ipsum Testator facere Jure suo potuit. Proinde neque in relatis Num. præc. requisitus ullus defectus est, atque adeò dubitari non debet de valore Testamenti istius. Ex quo patet Responsio ad Argumenta opposita.

12. Nam 1. In hoc Testamento Mater est instituta non tam ut Hæres propriæ dicta, sed ut Administratrix, & Ufusfructuaria tempore vita suæ, quod passim solet etiam apud Familias plebejas, & absque contradictione sustinetur, præsertim, si id fiat ex justa causa, & in bonum Liberorum, prout factum est in Casu præsenti, ut liquet ex dictis Num. 8. 2. Licet Mater in Testamento privilegiato Patis inter Liberos habenda sit pro Persona extranea, & Jure caustum sit, quod Persona extranea in tali Testamento, nisi saltem duo accedant Testes, nihil etiam per modum Legati capere ex hæreditate relicta possit, hoc tamè juxta Num. 9. limitari debet ad Casum, quando Legatum tale, vel Institutio cedit in damnum Liberorum, & quando Testator pul-

la justâ causâ commotus hoc fecit. Atq[ue] 3. Ut ex tenore Testamenti dicto Num. 8. relato constat, id, quod in favorem Matri Testator fecit, justissima ex causa fecit; res liquit enim ipsi Usumfructum Bonorum ad tempus vitæ inter alia in compensacionem Bonorum sibi allatorum in notabili quantitate, & quia Bona Paterna ad eam Summam se non extendebat, ut sine danno Liberorum ei assignari posset Sedes Vitudinis, Wittib. &c. & alia, ex Pactis Dotalibus ipsi debita: ut proinde, quod ita præstatum ipsi est, solutionis potius, quam favoris indebiti Rationem habeat. 4. Denique licet concideret Testamentum hoc quoad Institutionem Matri, tamen per Novell. 107. ab Imperatore Justiniano requisita omnia juxta Num. præc. habet, consequenter sustineri illud deberet quoad Dispositionem inter Liberos, de quo hic solummodo queritur.

QUÆRITUR II.

Quale Fideicommissum Sempronius in hoc Casu constituerit, dum in Testamento suo ordinavit, ut Castrum O. semper maneat in Família?

Certum est, pertinere ad genus Fideicommissi Familiæ est; nam Fideicommissum Familiæ est, & dicitur, in quo respicit principaliter ad Familiam, & in ultima Voluntate (prout frequentissime inter Nobiles, & Illustres Personas fit) cavetur, ut Hæres institutus Bona immobilia, ab ultimo Possessore accepta, post mortem aliis de Familia restituat, sive Bona illa ad Familiæ nitorem, & splendorem conservandum perpetuò apud eandem maneant. Tale autem est Fideicommissum præsens, prout patet ex tenore Testamenti, ubi Testator Sempronius semper substitutum aliquem de Familia, vetuitque extra Familiam Castrum hoc alienari, adiecta causa, quod illud primum ex Bonis immobilibus fuerit, quæ ad Familiam Testatoris pervenerunt, & quorum ratione eadem Familia in Matricula Nobilitatis Equestris Suevica locum invenierit.

Dubium ergo est, ad quam Speciem Fideicommissi Familiæ Fideicommissum istud pertinet? Nam multiplicis generis dantur Fideicomissa Familiaria, inter quæ p[ro]cæteris insignes species sunt Primogenitura, & Majoratus. Et quidem, si Fideicommissum relinquatur ea conditione, ut in eo semper succedat natu maximus de Familia, vocatur Majoratus in Specie; si vero ita ordinatur, ut Primogenitus primum succedat cum suis Descendentibus, & in horum defectum Secundogenitus cum suis Descendentibus, &

sic deinceps, vocatur *Primogenitura*, prout cum aliis notant

Ant. Peregrin. *de Fideicommiss. art. 27.*
num. 24. Knipschild *de Fideicommiss.*
Famil. c. 6. n. 268. Præn. D. Christophor. de Clingensterg *ad Inst. tit. de Fideicommiss. Hæred. q. 2. prop. fin.*

adeoque in Primogenitura consideratur Linea recta descendens; in Majoratu autem in Specie, seu Senioratu ætas, quippe qui illi defertur, qui in Familia Senior est, sive ille sit ex Descendentibus ultimi Possessoris, siue ex hujus Collateralibus.

Judico, ex Definitione, & differentia utriusque Fideicommissi, hic assignata, optime deduci, quod præsens Fideicommissum ponendum sit intra Speciem Majoratus in specie, seu Senioratus; nam id clare indicant verba Testatoris, Testamento ejus inserta, ibi: das Gut O. solle NB. bey dem ältesten des Manns-Stammens jeder Zeit verbleiben/dergestalt/das es von dem Geschlecht nicht solle alienirt werden/sonder darbey unvertheilt/ und ungeschmäleret erhalten werden/ so lang einer des Manns-Stammen lebt: Weilen auch die Töchter verzehne Töchter seynd / dahero nach Absterben des Manns-Stammens den Regress darzu haben/ als solle selbigen nach Absterben des Manns-Stammens auf die Töchter / und Töchters-Kinder fallen. Ex quibus verbis clare patet, quod Testator in creatione hujus Fideicommissi non consideraverit Lineam rectam descendenter, sed ætatem, & illi deferrit istud voluerit, qui in Familia Senior est: ut adeò liqueat, in hoc Calu non Primogenitaram, sed Senioratum institutum fuisse.

16. Confirmatur ex Signis, ex quibus, ut notat Knipschild *de Fideicommiss. c. 6. cit. num. 301. & seq.* Et Olymp. §. *Primogenitura. n. 10.*

Primogenituram constitutam fuisse colligitur; nam ista constituta tunc dicitur. 1. Quando Testator unum tantum vocavit, velut Filium, aut proximiorum unum. 2. Quando vel in ipsa dispositione, vel in præfatione mentionem facit de Primogenitura. 3. Quando Castrum in Familia conservari præcepit; nam Jure Primogenitura id fecisse præsumitur. 4. Si dixit, quod Bona de Primogenito in Primogenitum transfire debeant. 5. Quando successivè vocavit Primogenitos, & post eos Secundogenitos. 6. Si dixit de gradu ad gradum ordinandam Successionem. 7. Quando vocavit priores; quia tunc Primogenitos vocasse censemur. 8. Quando imposuit onus deferendi arma, & insignia Familiae. Atqui in præsenti Fideicommisso licet aliqua ex dictis Signis reperire sit, præcipue tamen, & Characteristica desunt; neque enim Testator in §. *allegato*, aut ullibi alias etiam verbulo Primogeniti, aut Primogenitura meminit, sed potius mentem suam clare, aperteque ex-

ponit, ubi vult, ut Castrum Fideicommissarium semper maneat apud Senorem Stirpis Masculinæ. Igitur non Primogenitura, sed Senioratus constitutus dicendus est.

QUÆRITUR III.

Utrum §. memoratus in favorem Senioris Familiae disponat, illique adjiciat Dominum Castrum Questionis, an vero solum Usufructum, aut Administracionem, ita ut ceteris Coheredibus de hujus fructibus debeatur aliqua Portio, posito, quod adhuc alia Bona adsint?

R Espondeo 1. §. Istum disponere in favorem Senioris Familiae, ita, ut hic semper, & solus Possessor esse debeat Castrum O. Fideicommissio huic subiecti; hoc enim Majoratus in specie, seu Senioratus cum Primogenitura commune habet, quod sicut ista, ita & ille uni tantum personæ possidens deferatur, cum exclusione concursus similitudine aliorum, juxta ordinem ad Successionem vocatorum, qui proinde, ut succedere in Fideicommissarii Bonis possint, exspectare debent, donec ordo, à Fideicommissente præscriptus, eosdem tangat.

Molin. *tract. 2. de J. & f. D. 577. n. 5.*
Continuat. Thelaur. *Præct. Besold. V.*
Primogenitur.

Resp. 2. Idem §. disponit non tantum de mero Usufructu, aut nuda Administratio, sed etiam de Dominio, illudque Seniori Familiae adjicit, quamvis gravatum onere Fideicommissi, quoad Castrum O. cum pertinentiis: & quidem hoc dominium ab ipso obtinetur ipsa morte, vel cessione Fideicommissarii immediate præcedentis; nam haec natura est Majoratus, & Primogenitura, ut regulariter eo ipso, quod ultimus Possessor è vita discedit, aut alia quacunque ratione ex Institutoris præcepto cedit eam alteri vocato, ad istum dominium, & actiones omnes absque alia traditione, aut apprehensione transcant.

Valasc. *tom. 2. conf. 184. n. 17.* Molin.
tract. 2. de J. & f. D. 576. n. 11. cum aliis.

Hinc, si inter bona Fideicommissio subiecta inveniatur res aliena, & ita tempore à Legibus præscripto à Fideicommissario Hærede possideatur, iste illam tandem usucapit; quia possessio pro Hærede præbet justum titulum, & causam habilem ad transferendum dominium. Dixi, *Regulariter loquendo dominium rei Fideicommissio affecta obtingeri à Fideicommissario*, scilicet, nisi Author Fideicommissi alter disponat; cum enim quilibet rei sue sit moderator, & arbiter, Fideicommissarius potest ita disponere, ut Fideicommissarius habeat solum Usufructum, Dominium autem maneat penes universam Familiam: Item potest disponere, ut Senior Familiae habeat

17.

18.

beat solam Administrationem, de fructibus autem participant cæteri de Familia vel omnes, vel aliqui à Testatore designati. Sed hoc exprimi in Instrumento Fideicommissi debet; alias procedet Regula supra dicta, & cum Dominio etiam fructus omnes, quippe cum res fructificet Domino suo, cedent soli Fideicommissario Hæredi. In Casu præsenti nihil tale expressum est. Proinde de fructibus Castri Fideicommissarii non debitur cæteris de Familia ulla portio.

19. Resp. 3. Si Fideicommissum unius ex pluribus Filiis relinquatur in tanta quantitate à patre Fideicommittente, ut ex reliquis Bonis vinculo Fideicommissi non alligatis cæteri Filii non obtineant integrum Legitimam, his datur Actio ad supplendum id, quod deest, quæ exinde dicitur *Suppletoria*, & ex communi Interpretum, præsertim Neotericorum Sententiæ est Conditib ex l. omnimodo. 30. & l. scimus. 36. C. de inoffic. Testam. Supplementum hoc iisdem gaudet Privilegiis, & Beneficiis, quibus ipsa Legitima.

Berlich. p. 3. concl. 12. n. 2.
Ita, ut, quemadmodum Legitima ab omni ære alieno libera esse debet, ita, & supplementum, ipsaque petitio supplementi, & quidquid omnino conditionem Legitimæ deteriorum reddere potest, in Testamento prout scripto habeatur.

Ant. Faber Cod. l. 3. tit. 29. defini. 10. num. 4.

Petri autem hoc Supplementum, ut & ipsa Legitima potest ex ipso Fideicommisso, si alia Bona ad plenam Legitimam singulis Hæredibus assignandam non iufficient, & eatenus illa, quæ assignabuntur in Supplementum Legitimæ, libera erunt à vinculo Fideicommissi: Legitima enim gravari Fideicommissu non potest.

Peregrin. tract. de Fideicommiss. art. 36. n. 61. Decian. cons. 35. n. 62. vol. 1. Müller. ad Struv. Exerc. 10. thes. 30. Lit. v. per l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoffic. Testam.

ubi prohibetur Legitimæ onus imponi. Quare in præsenti Casu videndum, an alter Filius Sempronii Legitimam suam acceperit. Si istam non plene acceperit, ut observetur Patris Testatoris voluntas, quantum potest, falvo Fideicommisso, Supplementum accipi debet ex fructibus ejusdem, atque ex his tanta adjudicanda portio, ut Legitimæ defectum impleat.

20. Resp. 4. Supplementum hoc petere possunt etiam Hæredes ejus, qui plenam Legitimam non accepit; nam sicut Legitimæ, ita & Supplementi ejusdem petitio ad Hæredes quoscumque transmittitur.

Arg. l. etiam. 8. C. de Jur. dot. Rubeus tract. de Querel. inoffic. Testament. c. 20. Gaill. l. 2. obs. 120. n. 12.

Accessorium enim sequitur naturam principalis.

Reg. Accessorium. 42. de R. J. in 6.

Hanc Actionem ad Supplementum, ut Querelam inofficis, Bartolus quidem putat terminari quinquenio: sed verius est eam ut perpetuam durare usque ad 30. annos, sicut durat Hæreditatis petitio; quia Supplementum non nisi instituto datur, tenditque non ad Testamenti rescissionem, sed potius ad ejus conservationem, secus, ac Querela inofficis: ut proinde inter hanc, & Actionem ad Supplementum non sit in hoc paritas.

Salicet. ad l. 34. C. de inoffic. Testament. Hottoman. l. 2. obs. c. 22. Gaill. l. 2. obs. 120. Mynsing. cent. 2. obser. 72. Boër. decis. 250. Berlich. p. 3. concl. 13. n. 33. Müller. ad Struv. Exerc. 10. thes. 31. Lit. 7.

QUÆRITUR IV.

An, si Filius Testatoris huic dispositioni mutuo consensu contravenerint, possint subsequentibus aliis Successoribus prejudicare?

V Idetur tenenda affirmativa. Nam 1. De Fideicommisso inter se Fideicommissarii validè possunt transigere per textum L. de Fideicommisso. 11. C. de Transact.

(quem textum celebrem Pinellus, Gomarus singularem, & hanc in rem unicum in Jure appellant) ubi ita Augusti, *De Fideicommisso*, inquit, à Patre inter te, & Fratrem tuum vicissim dato, si alter vestrum sine Liberis excecerit vitâ, interposta Transactio rata est. Adde

L. Lucius. 78. §. fin. Et Brunnen. ibid. ff. ad S. C. Trebell. l. conditionis. 1. C. de Pact. Müller. ad Struv. Exerc. 6. thes. 17. Lit. 7.

Nec sine ratione; quia Bona restitutioni obnoxia regulariter alienari possunt, si is, cuius favore prohibitio facta est, in alienationem ipse consentiat.

Sichard. & DD. communiter ad l. 11. C. de Fideicommiss. Knipschild de Fideicommiss. Famil. c. 11. n. 379. Harpp. Disp. de Transact. sup. Fideicommiss. int. person. vocat. thes. 5.

Atque hoc

2. Procedit, si Fideicommissum sit simplex, & purum, siue conditionale, & reciprocum per LL. citt. quia non solum res præsentes, sed etiam futuræ, & spes ipsa in Contractum recte deducuntur,

L. nec emptio. 8. §. aliquando. 1. ff. de contrah. empt.

tamen si ex Legato, vel Fideicommissio conditionali proveniat.

Arg. l. nomina. 17. & l. mulium. 19. ff. de Hæred. vel act. vendit. Bocer. class. 3. D. 6. n. 34. Brunnen. Disp. de Spe c. 3. n. 18. & seqq.

Quapropter, quod & transfigendo Fideicommissarius Hæredi gravato spem, quam ipse in

CONSIGLIO LIX. TESTAMENTI INTER LIBEROS.

641

in Bonis sibi aliquando restituendis habet, remittere possit, docent

Ranchin. *decis. p. 2. concl. 181.* Boér. *decis. 147. n. 7. & 8.* Cavalc. *decis. Fivizan. dec. 36. n. 2.* Afflct. *decis. 38. num. 5.* Gama *decis. Lust. 264.* Vinn. de *Paet. c. 18. princ.* Fusar. *de Fideicomm. q. 507.* Gaill. *l. 2. obs. 139. num. 7.* Faber *Cod. l. 1. tit. 25. def. 1.* Carpzov. *p. 2. conf. 35. def. 18. n. 9. & seqq.* Harpp. *l. cit. thes. 22.*

Imo

23. 3. Super Fideicommissum Familiae, quando Testator simpliciter in Familia voluit Bona remanere, nec de ordine succedendi quidquam expressit, inter Agnatos celebrata Transactio subsistit.

Arg. l. Filiusam. 114. §. sed si omnes. 17. ff. de Leg. 1. l. 18. qui. 94. ff. de Legat. 3. l. voluntas. 4. C. de Fideicomm. Fusar. q. 300. n. 29. & q. 716. n. 2. Knipschild de Fideicomm. fam. c. 11. n. 417. præcipue n. 422. & 431.

Quin etiam in casu, quo Testator tale Fideicommissum familie ordinavit, ut non tantum Bona in Familia conservari justerit, sed insuper certum procedendi ordinem prescriperit, si quidem omnes, qui ad Fideicommissum ejusmodi aspirare possunt, in Transactionem ineundam consentiant, de hujus validitate dubitare vix licet propter

L. nihil. 120. §. omnibus. 1. ff. de Legat. 1. l. Lucius. 88. §. Insulan. 14. ff. de Legat. 2. l. quotiens. 11. C. de Fideicomm. Novell. 159. c. 3. Fusar. q. 560. Gaill. l. 2. obs. 34. num. 10. Müller. ad Struv. Exerc. 6. thes. 17. Lit. 7.

Si enim valida in hoc casu perhibetur Fideicommissum alienatio, sanè à fortiori de illo etiam bona fide transigere permisum est, ut recte colligit

Molin. de Primog. Hisp. l. 4. c. 9. n. 3. Knipschild c. 11. cit. n. 106. Urceol. q. 50. n. 45. Harpprecht thes. 22. cit. Müller. Lit. 7. cit.

24. Verum hæc Argumenta nihil videntur probare pro Casu nostro. Nam 1. Transactio est tantum de re dubia, & controversa, neque fit, nisi aliquæ re datâ, vel promissâ, restantâ, vel remissa.

c. super eo. 7. de Transact. l. qui transfigit. 1. ff. & l. Transactio. 38. C. eod.

in Casu autem presenti voluntatis Testatoris clara est ex Tabulis Testamenti, ubi absolute voluit Castrum Fideicommissarium permanere semper penes Seniorem Familiae. 2. Bona restitutioni obnoxia tum solum alienari possunt, quando is, in cuius favorem prohibitio facta est, in alienationem ipse consenserit. In presenti autem Casu talem consensum impossibile est obtineri; nam ad possessionem Castrorum prædicti vocati à Testa-

tore sunt omnes Familiae Seniores, etiam futuri, & nondum existentes, qui proinde in conventionem, inter Filios Testatoris contra hujus intentionem factam, consentire non potuerunt, eamque approbare. 3. Post test quidem Fideicommissarius Heredi gravato spem, quam ipse in Bonis sibi aliquando restituendis habet, pro sua persona remittere, non tamen pro suis Successoribus, ad quos successivè deferri Bona Fideicommissaria ex mente Testatoris debent, quippe qui Successores causam non à Fideicommissario antecessore, sed ab ipso Testatore immediate habent. 4. Authoritas, & textus in tertio Argumento allati in Casu praesenti solum probant, quod Fideicommissarius, ad quem ex mente Testatoris deberet devolvi Fideicommissum, possit Jus hoc suum cedere alteri post ipsum immediate successori, non verb hoc præterito, alii remotiori; cum enim iste Jus suum non habeat à proximo Possessore, sed ab Authore Fideicommissi, Jus istud eidem absque sua voluntate tolli non potest. Et pro hoc 5. Stat expressus textus

L. fin. §. sed quia. 2. C. comm. de Legat. ubi Justinianus, Nemo itaque, inquit, Hæres ea, -- qua restituì aliis disposita sunt -- putet imposterum alienanda. Quare ad Quæstionem praesentem

DICENDUM, non obstante, quod Filius Testatoris hujus dispositioni mutuo consensu contravenerint, horum Successoribus salvum fore Jus, sibi per voluntatem Testatoris acquisitum: atque adeò, etiamsi Senior Frater Castrum Fideicommissarium vel ex toto, vel ex parte cessit juniori Fratri, hoc mortuo, illud deferetur Seniori de Familia. Probatur hoc à paritate cum Fideicommisso Familiae simplici, ad quod, non obstante, quod Agnatus Hæres contra voluntatem defuncti illud extra Familiam alienaverit, nihilominus admittuntur illi, qui alias, re non alienata, successissent.


Struv. Exerc. 36. thes. 19.

Neque alia esse videtur mens

L. peto Luci. 69. §. Fratre. 3. ff. de Legat. 2.

quam quod in familia Testatoris proximus quisque post eum, cui Bona primum iste reliquit, invitatus videatur, si iste alienaverit, quippe ad quem ut aliquando transferatur, intentio fuit Testatoris, ac ideo addidit, ne alienaretur.

Vid. Socin. Jun. vol. 1. conf. 26. n. 84. & seqq.



25.
Deciditur
Quæstio.

QUÆ-

QUÆRITUR. V.

An posito, quod nec Uſusfructus, nec Administratio Caſtri Fideicommissarii vi hujus diſpositionis pertineat ad Primogenitum ſotum, ſed iſtam, & illam cum hoc communem habeat Secundogenitus, iſte tamen, adhuc in Minorenitate conſtitutus, velit illas liberè cedere Primogenito cum conſenſu Curatorum cum reſervatione certa Penſionis, poſſint Curatores conſenſire, nec ne, & quomodo de danno inde, adeptā Majorenitate, forſan evenetur, iſti proſpicientiaum?

26. Respondeo 1. Hæc Quæſtio in Caſu præſenti ceſſat, cùm juxta dicta Num. 2. Matri ad tempus vite ſuæ ab ipſo Teſtatore adjudicatus fit Uſusfructus, & Administratio Bonorum ab ipſo relictorum omnium: quam diſpositionem cùm validam eſſe probeant dicta Num. 7. & ſeqq. ſequitur, de hoc Jure Uſusfructus, & Administratio non potuisse pacisci Filios, vitâ Matris duante. Hac Mortuâ, ad Fratrem Primogenitum juxta dicta ad Quæſtionem 3. non ſola Administratio, & Uſusfructus Caſtri O. cum pertinentiis, ſed etiam Dominium, excluſo Fratre Secundogenito, devolutum eſt: ut adeò neque hoc Caſu habeat iſte, quod Fratri Primogenito cedere poſſit, vel potuerit. Reliqua Bona ex vi Teſtamento Paterni inter Fratrem Primogenitum, & Secundogenitum Ludovicum juxta dicta Num. 2. cit. in partes æquales debebant dividi: quæ diſvio ſi facta non fuifſet, ſed idem Ludovicus omnem utilitatem, & Administratio nem illorum Bonorum ceſſiſſet Fratri ſuo Primogenito, tunc primū locus præſenti Quæſtioni foret. Et hinc

Reſp. 2. Si Frater ſecundogenitus Primogenito ſuo Fratri in hac ſua parte virili pro certa portione ceſſit Jus ſuum contra diſpositionem Paternam, intereſt, an hac ſua ceſſione, in minorenitate facta, laſlus fit notabiliter, vel non. Si laſlus non eſt, aut laſlio non fit notabilis, non habet remedium in Jure; nam Minor non ſuccurritur, niſi quando laſlus eſt, & laſlio non eſt modica, ſed talis, quæ, ſpectatâ qualitate Contraetatis, & contrahentium conditione, prudentis arbitrio gravis, & notabilis eſt.

Ita Abb. in c. I. n. 8. de in integr. reſtit. Menoch. de arbitr. cas. 74. n. 4. Covar. l. I. var. c. 3. num. II. Vallenf. ad tit. de in integ. reſtit. §. I. n. 4. Pirhing. ibid. n. 4. Wiefner diſt. tit. n. 6.

Si verò hac ſua Ceſſione notabiliter laſlus eſt, & laſlio iſta probetur, competit ipſi contra damañ illata, aut in futurum timenda benefiu m Reſtitutionis in integrum.

c. conſtitutus. 8. diſt. tit. & l. hoc Edictum. I. cum ſeqq. ff. de Minor.

ubi etiam ratio additur, quod fragile ſit, & infirmum hujusmodi atatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum: & hinc merito Praetor adverſus hujusmodi captiones auxilium, & opitulationem iſpis promittat.

Reſp. 3. Eideſ Secundogenito ita laſlo dictum benefiu m competet, etiamsi ceſſa facta eſſet ſolenniter, i. e. cum conſenſu Curatorum, & interveniente Decreto Judicis; quamvis enim per ſolennem alienationem Bonorum, quæ ſunt Minorum, & poſſeſſio, & dominium in accipientem transferatur, firmaque regulariter perfeveret alienatio.

juxta l. fin. C. de præd. minor.

ſi tamen Minor laſlionem docere poſſit, juxta perpetui Edicti authoritatem, non obſtantē conſenſu Curatorum (quippe quorum authoritas non ad nocendum, ſed ad utilitatem procurandam pupillorum, & Minorum ſe porrigit) ipſoque Judicis Decreto, ipſe reſtitutionem impetrare potheſt.

L. venditio. I. l. non eſt. 2. l. ſiquidem. II. C. diſt. tit.

Proceditque hoc, etiā alienatio facta fit ex cauſa neceſſaria; nam, ſtante laſlione per alienationem ejusmodi fecutā, licet Curator Minorī alienanti adſtiterit, aut ſolus loco Minoris eandem fecerit, Minorī affiſſitūr.

L. tutor. 47. ff. de Minor. I. ſi jam pu beres. I. & duab. ſeqq. C. ſi tut. vel Curat. interven.

Eſtque hoc verum, etiā Curator, vel Tutor in tali alienatione non deliquerit, & culpan non habeat, juxta l. 47. cit. princ. ibi: Nec idcirco, ſi iuſtum fit reſtitui, denegandum id auxiliū (ſcilicet in integr. reſtit.) quod Tutor delicto vacaverit.

Reſp. 4. Hoc benefiu m reſtitutionis in integrum fruſtra implorabit Frater Secundogenitus, ſi labi paſſus fit tempus, pro impe trando benefiu m iſto à Legibus conſtitutum. Conſtitutum autem Minorī pro benefiu m hoc impetrando

per l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. et quadriennium, quod numerari debet ab anno 25. ætatis completo, quo Minor eſſe definit, uſque ad annum 29. completem.

Reſp. 5. Quæ haec tenus dicta ſunt de Bonis Paternis reliquis, inter duos hos Fratres dividendis, cum proportione intelligenda ſunt etiam de Caſu, quo Pater Teſtator (cujus tamen contrarium Quæſtione. 3. oſten ſum eſt) voluſſet Caſtrum, Fideicommiſſu vinculo ligatum, ab utroque Fratre poſſide ri communiter; nam ſi Frater Secundogenitus hujus poſſeſſionem, reſervatā penſione, in Minorenitate cum, vel ſine conſenſu Curatorum ceſſiſſet Fratri Primogenito, & hac ceſſione fuifſet laſlus, in integrum, ſi intra tempus à Jure conſtitutum hoc petiſſet, fuifſet reſtituendus. Quia tamen Fratres hi duo jam pridem fatiſ ceſſerunt, & ſuper fulū duntaxat Filii duo ex uno illorum, tem pūſque Reſtitutionis in integrum ex facto Patris,

Patris, & Patrui dudum antea lapsum est, quoad Bona libera à Fideicommisso saltem Restitutio hæc vix locum habebit; facilius autem obtinebitur quoad Bona Fideicommissaria, quippe de quibus Antecessores Pater, & Patruus contra voluntatem Fideicommittentis in damnum, & præjudicium Successorum disponere non potuerunt, cum isti causam ab Antecessoribus suis non acceperint secundum dicta Num. 23. & 24. Aliud est, si præsentes Fideicommissarii Pactum inter se iniérunt, & Secundogenitus Primogenito cessisset Ad-

ministracionem, & Usumfructum Bonorum Fideicommissariorum pro certa Portione; in hoc enim Casu, probata lœsione ex Pacto in Minorenitate initio, intra annos à Lege præscriptos competeret Secundogenito Beneficium Restitutionis in integrum, non tamen post horum annorum lapsum, nisi aut prævaricatio, aut fraus manifesta, aut alia rationabilis causa Judicem moveat ad Quadriennium hoc extendendum.

Molin. tract. 2. de J. & f.
D. 574. n. 3.

CONCILIO LX.

Die angemuthete Erbtheilung zwischen Stieff-Vatter / und dessen Stieff-Kinder betreffend.

SUMMARIUM.

1. 2. *Facti Species.*
3. *Quæstiones discutienda.*
4. *Pater de Jure Communi servat Usumfructum Bonorum Maternorum, etiam si ad secundas Nuptias transeat.*
5. 6. *Pœna secundarum Nuptiarum non extenduntur ad Virum binubum.*
7. *Statuta Juri Communi contraria strictæ interpretationis sunt:*
8. 9. *Recipient tamen interpretationem ab usu.*
10. seqq. *Qua Bona Maritus cum Hæredibus Uxor dividere debeat, dependet potissimum ex Consuetudine Locorum.*
14. 15. *Quinam intelligentur sub nomine Ehren-Kinder.*
16. *Unio Prolium legitimè facta, non potest dissolvi pro libitu Prolium.*
17. *Pater habet Usumfructum ad dies Vitæ in Bonis Maternis suorum Liberorum.*
18. *Si Sententia in Appellatorio confirmatur, censentur singula ejusdem Membra confirmata, nisi excipiatur.*
19. *Principium non subiacet Collationi, neque imputatur in Legitimam.*
20. *Colliguntur Dicta in Summam.*

FACTI SPECIES.

Demnach Herr A. Bürger des Heiligen Römischen Reichs Freyen Stadt R. nach Ableiben seiner ersten Hauses Frauen Maria, sich in die andere Eheliche Verbindung eingelassen, und ad secunda Vota geschritten, hat sich zwischen ihme eines, und dessen von besagter seiner Haussfrauen zugebrachten Stieff-Kinderen anderen Theils, wegen Abtheilung gegenwärtigen Vermögens einiger Span, und Irrung erhoben, da der Erstere, als welcher das ganze Vermögen fast allein mit seinem selbst eignen sauren Schweiß härtiglich erworben, solches bis zu seinem Tod bey behalten, her nach jedem seinen, und mit eignen leiblichen Kinderen gleichen Antheil, vermög von Löblichen Stadt-Magistrat ihme zwar aufgetragener, aber nicht mit allen Solemnitäten versehenen Einkindschafft, hinterlassen

R. P. Schmalzgruber Consil. Tom. I.

wollte; die Letztere aber durchaus auf die Abtheilung antrangen, sich stieff auf das Recht-Buch gemeldter Stadt, allwo expressis verbis verlehen. Formalia: So oft ein Mann vor dem Weib stirbt/ und dieselbe Ehren-Witwe-Stand hält/ so ist dieselbe nicht schuldig abzurtheilen; wann selbe aber nicht länger Witwe-Stand halten will/ so ist sie schuldig mit den Ehren-Kinderen abzurtheilen/ und einen Theil zu nehmen.

Nun diese Zweifigkeit ist ad Strepitum Ju-dicialem ankommen, allwo der Sentenz wider ihne Stieff-Vatter aufgefallen, und selber dahin verfallen worden, daß er mit seinen Stieff-Kinderen abzurtheilen/ und sich dem Inventario zu submittriren schuldig seye/ doch dergestalten/ daß in Consideration seiner grossen Mühe/ und mühesam geführten Öconomie, ihme 1500 fl. zu einem Vorauf/ vor der Abtheilung/ gestattet werden sollen. Weilen aber er Stieff-

M m m m 2

Vat.